



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Thevpoli Bened. F. Patric. Veneti,
Academicarum Contemplationum Lib. X**

Piccolomini, Francesco

[Basel], 1590

VD16 ZV 12463

An Materia bona, vel mala censeri debeat. Cap. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12918

An Materia bona, vel mala censeri debeat.

CAP. XII.

Ensuit Pythagoras ex Numenij relatione, materiam esse malā: & propterea ita esse initium malorum, ut Deus bonorum: id ipsum Manichæi postea existimarūt: asseruere Stoici materiam esse neutram, & in differentem: Aristoteles dixit eam esse per se bonam, ex euentu malam: ut per se est ens, ex euentu non ens: Plato, non bonam, non malam: sed necessariam, & ordinatam in bonum, esse censuit. Sic itaque varie dare haec videntur esse opiniones: quæ tamen intimius consideratae, respiciendo ad diuersa, omnes conciliari modo aliquo possunt. Nam mala, & noxia est materia cū Pythagora, prauitate nō pro forma sumpta, sed pro negatione vniuersi formosi boni: insuper est mala, ratione priuationis ei iunctæ; prauitate non formalis, sed in priuatione formarum posita: præterea est mala, sumendo prauitatem pro origine impotentiae, & depravationum rerum: nā inquit Plato in lib. de Regno, à primo conditore ordinem, & ornamenta omnia penderet; à deformitate verò materiæ, omnia incommoda. Insuper, materia cum Stoicis indifferens est: quia omni caret forma, & oppositorum æquè est capax. Tertiò materia cum Aristotele bona est per se, intelligendo bonum pro gradu suæ essentiæ: quod bonum conuertitur cū ente latè sumpto: sic erit mala solùm ex euentu,

uentu, hoc est, ratione priuationis ei iunctæ.
Deum cum Platone, immò cum eodem Aristot. materia nec bona, nec mala est; intelligendo nomine boni id, quod tale est per formam; sed est necessaria, ordinata in bonum, bonumque appetens. Ac ut exactius rem explicemus, & sententiam simul Platonicam, & Peripateticam aperiamus; dicamus materiam posse in multiplici gradu considerari: primò enim eam consideramus, quo ad attinentia ad eius essentiam: secundò, eam referimus ad formas, quibus caret, & recipere valet: tertio eandem referimus ad formas, quas iam habet. Materia in prima illa notione est bona, quatenus est; accipiendo bonum, ut conuertitur cum eo, quod modo aliquo est. Insuper est mala, per negationem formæ: Deum est neutra, quia nullam habet formam, nec dispositionem. In secunda notione materia ex se neutra est; ratione potentie, est bona potestate; ratione priuationis, est mala per priuationem. In tercia notione, cùm iam sit adepta formam, iam est adepta bonum; quamuis ipsa, bonum non sit: materia enim bonum, & formas recipiens, non sit bonum, sed bono potitur; non sit forma, sed ea ornatur; cùm omnia, quæ recipit, sint aliena à sua natura, non ei opposita; non eam constituentia, sed eam ornantia: adeò, ut colligere valeamus, materiam fieri omnia, nūquam tamen à se recedere. Postremò, quia materia fit omnia, non vere, sed adumbratè; ac in-

ea, quasi in antro recipiuntur, non formæ, sed formarum imagines: iure ea quoque inter recipientia infima est, proportione respondens vmbbris, quas recipit; à quibus nos in terræ antro collocati deludimur, cùm ea verè esse putemus; nec vñquam nos decipi animaduer-timus, quo usque anima in corpore lopita, non expurgiscitur; & caput suum vñā cum mente supra cœlum attollens, aciem ad verè entia nō conuerterit: in qua conuersione nos cætera negligentes, exclamamus; Vanitas vanita-tum, & oīnnia vanitas.

Quomodo Numeri, & Figuræ sint initia rerum.

CAP. XIII.

DYthagoras, quem, vt Deum, exco-luere multi, & Plato summopere est imitatus; ex numeris res constare, ac numeros esse essentias rerum existi-mauit: id ipsum frequenter quoque de Geometricis figuris, ac superficiebus affirmauit: Propterea etiam Plato, sæpe ex numeris, fre-quenter ex Geometricis figuris, res componi asseruit. Dicebat Pythagoras, Par, & Impar, Quadratum, & altera parte Lōgius, cum aliis ab eo enumeratis contrarietatibus, esse prin-cipia rerum. Præsertim tamen id munus tri-buebat numeris; quoniam numeri magis ser-uant conditionem principij, quam figuræ; cū numeri